



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Specvlvm || Vitae aulicae

Schopper, Hartmann

Francof. Ad Moen., 1584

VD16 R 1015

Capvt I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70432)

HARTMANNI
SCHOPPERI NOVOFO-
RENSIS NORICI DE ADMI-
rabili fallacia & astutia Vul-
peculæ Reinikes,
Liber II.

CAPVT I.
ARGVMENTVM.

Ore graues & no rursus de vulpe querelas
Euomit alituum, quadrupedumq; genus,
Ingenium furca depellere sapèlicebit,
Vsq; tamen ceptum rursus adibit opus.



Promissacum solennitas
Et lux statuta venerat:
Ex omnibus Prouincijs
Grege bestiarum maximus,
Et multitudo prope totum

Secundum
auium, &
quadrupe-
dum con-
cilium.

I.

Miseria Rei
nikes.

Cuniculi
oratio ad
Regis pro-
ceres.

II.

Ad alta Regis atria

Auicularum confluit.

Beata incundissimis

Domus fremebat gaudijs

Et lusibus procacibus

Omnes terebant tempora.

Miser sed vnus abfuit,

Extinctus albo Reinike

Regalium satellitum.

Iam siderum coegerat

Octauus agmen Lucifer.

Et sat superq; poculis,

Ludis, choris spectaculis

Indulserantq; cantibus.

locis relictis omnibus

Aggressus est Rex seria,

Omnemq; rem Vulpecula

Amplissimis rectoribus

Custodibusq; detulit.

Quare senatus maximi

Postquam patres confederant:

Superuenit Cuniculus

Et praesides dignissimos

Compellat ore taliter:

Rex gloriose conqueror

Hoc de latrone Reinike,

Quod manè nobis accidit.

Ad Vestra dum palatia

Accedo, me necessitas

Transire cogit hospitis

Fallacis ades Reinikes.

Hunc implicatum candido

Nup

Ter

Sea

Mon

Mu

Et a

In c

Au

Sed

Mox

Reb

Mib

Vel

Ati

Arm

Con

Con

Fore

Occ

Sed

Met

Ped

Tam

Aur

Leth

Acce

In fr

Num

Quis

Secu

Si iu

Sic c

Nw

Nuper cucullo conspicor:
 Terrebar ergo plurimum.
 Sed cogitabam pectora,
 Moresq; Vulpis impios
 Mutavit istis Vestibus.
 Et ambulantem maximi
 In comœatu Principis
 Audebit haud inuadere.
 Sed quando me cognouerat:
 Mox appropinquat proximè.
 Rebar quòd ipse plurimam
 Mihi sodali candido
 Vellet salutem dicere.
 At ille me crudeliter
 Armatus Encis &nguibus
 Confixit, & circumdedit,
 Confectus alto vulnere,
 Foremq; diris morsibus
 Occisus à sicario:
 Sed corporis Velocitas
 Me transfuolare compulit,
 Pedes coegi currere.
 Tamen reliqui dexteram
 Aurem meam Vulpecula.
 Lethale vulnus in super
 Accepimus, quod saucia
 In fronte nostra conspicis.
 Nunc prata per Virentia
 Quis tutus ibit amplius
 Securus aut vagabitur,
 Si iura contra regia
 Sic comœatus rumpitur?

Remouet
 suspiciōē
 à se.

Violentia
 Reinikes.

Probat ac-
 cusatiōē
 manifestis
 signis.

L 3

Hæc

NH

Corui ora-
tio.

IIII.

Narrat cor-
uus nequi-
tiam Rei-
nikes.Reinike si-
mulat se
mortuū vt
facillus
corui vxo-
rem appre-
hendat.*Hæc tam profatus conticet.**Tunc coruus ora garrulus**Modis resoluit talibus:**O rex tuæ Prouincie,**Et principatus gloriæ**Omnis profectio coruæ,**Si non Voles sicarios**Pænis feroces plebere.**Cum manè nuper exij**Domo mea cum contige**In ruris & docessite,**Par putrido cadauero**Latro iacebat, Reinike**Obstructus oris spiritus**Vocis viam præcluserat.**Monstro nouo perterrita**Sixo fui simillimus.**Vt inuocarem numina,**Testarer atq; cœlites,**Præ frigidis timoribus.**Raptum dolebam funere**Verbisq; flebam tristibus**Quis te mihi sodalium**Casus peremit optime?**Dic qua sote charissimum**Ales vocat Phœbeus?**Sed ille quercu durior,**Marisq; fluctu surdior:**Iacebat hic immobilis.**Mox nostra conuix intimum**Scrutator oris spiritum,**An Vlla Vni corporis*

Depre

Deprenderet Vestigia.
 Rostroq; Vulpis admonens
 Os iungit ori proximè,
 Sentit dolum Vulpecula,
 Erumpit, atq; coniugem
 Meam cruentans moribus,
 Discerpit audax dentibus.
 Maritus instar equoris
 Exhorruit Neptunij:
 Opemq; supplex maximi
 Mox inuocauit numinis.
 Alisq; velocissimis
 In arborem me sustulit,
 Praesens coactus cernere
 Cruentafata coniugis.
 Iam Rex precor iustissime,
 Acerbius, considera,
 Adhunc dolorem maximum,
 Quem nulla lux emolliet,
 Quid accidisse debuit?
 Quod si scelesti Reinikes
 Hac facta non vlci sceris,
 Tibi proterua quilibet
 Serui canent conuitia.
 Quicumq; debet asperis
 Pœnis latrones plectere,
 Et illud omne negligit,
 Hortator est iniuria
 Et criminis sit particeps:
 Quapropter hunc sicarium
 Compesce Rex viriliter:
 Ne principatus gloria

Reinike
 corui vxorē
 discerpit
 VI.

VII.

L 4

Tueq;

*Tuaq; fama dignitas
Probris notata concidat.*

COMMENTARIA.

I. Ex hoc capitulo obserua, Primò, cum homini fallaci, vafro & veteratori, qui semel se malitiosius gesserit, indulgentiam tribuis, benevolentia magis magisq; deprauabitur. Id eoq; vbiturpitudinis aliqua macula penitus infedit & inueterauit in obdurato alicuius pectore, nunquam ea eluitur. Qui autem casu, fortuna aut vi aliqua compulsi paulò grauius peccârint, eorum imbecillitati ignoscendum esse videtur.

II. Quod conscientia nocentis & natura im-
*Natura re*probi hominis semper timeat, & lucem, quo-
*rum om-*ad fieri potest, exhorrescat. Et quãuis inter-
*nũ domi-*dum in lucem is prodeat, tamen prudens vir
*na & prin-*facile quo sub pretextu faciat, cognoscere &
*ceps.*discernere poterit. Diabolus enim, in quam-
cunq; figurã habitumq; se trãsfundat, semper
aut ex pedis, aut caudæ signo deprehenditur.

III. AEquum & bonum est reges, principes,
*Nõ est me-*eosq; qui magnis imperiis & prouinciis præ-
*roro aut cu-*sunt, interdum lætari, hilariusq; viuere: epu-
*ris deteri-*lis, choreis, spectaculis, aliisq; ludis honestio-
*ris malum*ribus sese recreare, variasq; curarum & tem-
*hominib.*poris molestias pellere. Nõ enim ipsi leuibus
curis, aut domestica laborãt difficultate. Sed
nunc partem in illam, nunc in alteram pro-
uinciam curæ cogitationisque suæ deriuare,
Reip. salutem sustinere, subditosque magna

cum

cum fidelitate defendere coguntur. Vnde tantum onus ipsis incumbit, vt non mirum videri possit, Imperatorem, qui diligentius suas regiones imperiiq; fines administret, nimio labore & solitudine sic confici, vt in ipsa ætatis viriditate mortem occumbat, nisi laboriosas animi ægritudines iucundarum rerum delectatione molliret.

Laudabilius nihil in magistratus persona existit, quàm se attentum suis præbere auditorem. Nam si id alienis saltem committitur officium, tum leges plerisq; pro gratia feruntur: Pauper verò ubique iacet, & ex egestate iniuriosus aestimatur, vnde rursus aliud ex alio exoritur malum. Summa autem perfectaque gloria amplissimis viris, iudicibusque hac ex re constat, vt ipsos serui, & non ipsi seruos, reuerentur atq; extimescât. Vnde Theopompus Laconicus, dicente quodam, Spartam idè seruari, quod reges scirèt imperare: Minimè, inquit, sed quia ciues parère. Quare principem minimè decet, aut ob auri copiam aliudve leue munusculum à iuris via deflectere. Nam cum ex equo & bono iudicat, non solum sua dignitate iustos ad rectè faciendum allicere, sed & malos metu à foedissimis factis potest auocare. Verùm cum prauè & dissolute iudicat, iniustos emolumento captat, bonos verò à se abalienat. Quapropter non illepidè Quintilian. inquit: Cùm irasci iudices, Lib. 6. Inst. fauere, odissè, misereri cœperunt, agi in rem suam existimant. Et sicut amantes de forma

iudicare non possunt, quia sensum oculorum premit amor, ita omnem inquirendæ veritatis rationem iudex amittit, occupat^r affectibus.

V.

Quem versipellem & in omni semper malitia exercitatum esse cognoueris, de illius fucato candore morum aut verborum nihil unquam tibi boni persuadeas. Natura enim semel studio atq; artificio malitiæ cōdita, nun-

*Historia de
quodam
Ægyptio.*

quam aut rarissimè expellitur. Narratur de Ægyptio quodam, qui simias aliquot ad saltationem instituerat. Adductæ igitur cū in conspectum, essent ad saltationem personatæ, è spectantibus quispiā faceto ingenio, saltantibus simiis nuces obiicit. Illæ relicta saltatione ad nuces conuersæ sunt, proq; nucibus inter se depugnarunt.

VI.

Summa adhibita seueritate iudex in ea animaduertet, que plebis concitationem & seditionem erga magistratum, & Reip. concordiam conflare solent. Qualia sint, pacem propter auaritiam eripere, infidias facere, comitum intercludere, mandata principum infringere. Nam si eò res deueniat, vt vulgus

*Inobedien-
tia quid in
commodi
parturiat.*

nulli amplius mandato Cæsarum obedire velit, omnesq; fidem publicam, pœnas, senatusque totius placita respuant atq; contemnant, extrema inde rerum erumpet confusio: nemo in domo tutus fenestra prospicere, nedum domo egredi poterit. Adeoque tanta inde exardescet perturbatio, vt grauissimo Dei supplicio vita tam viciosa & flagitiosa per barbarissimos atq; crudelissimos punienda sit populos.

los. Inprimis igitur prospiciat magistratus
sibi hac in re, ne sua priuetur autoritate, aut
spolietur existimatione. Quod fiet, si contem-
ptores sui, maleficos præcipue, latrones, præ-
dones, sicarios, seditiosos seuerissimis afficiat
suppliciiis.

Vir bonus & honestatis amans vxorem su- VII.
am quam in legitimo matrimonio habet, a- *Obsequiū*
more perpetuo diligit, mirificeq; colat. Nec *Vir Vxorē*
secus illius atq; sui ipsius mœrore, luctuque *mutuū te-*
affici, ipsam tueri, defendere, & quoduis pro *netur pra-*
ipsa subire periculum, & ab omni quantum *stare.*
fieri potest, arcere debet iniuria. Si enim vi-
rum se præstare, imperiumque in eam iuxta
verbum Dei, exercere vult: omne illi vicissim
obsequium, benevolentiam animique alacri-
tem exoluere cogitur.

Is qui flagitium aliquod auertere & puni- VIII.
re potest & debet, nec facit, ipsius se facinoris *L. Adigera*
reum efficit. Vnde Seneca in prouerb. ait: lu- *ff. de Pa-*
dicem damnari, cum nocens absoluitur. *tron.*

CAPVT II.

ARGVMENTVM.

Sidera testatur Leo, regalemq; coronam,
Vlcisci Vulpis quod malefacta velit,
Scilicet iniustos punire bonosq; tueri,
Hoc decet, hoc Regem fasq; piumq; iubent.

CVM causa iam caniculi,
Essetq; cornu cognita.
Rex noxia libidine

L 6 *1705*